



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Petri Canisii De Societate Iesv

Rader, Matthäus

Monachii, 1614

III. Cathedram Augustanam Gregorio Roseffio committit, libros condit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70957)

154 DE VITA P. CANISII
CATHEDRAM AVGV-
STANAM GREGORIO RO-
SEFFIO COMMITTIT, LIBROS
condit.

CAPVT III.

SI crescentibus in dies negociorū
scuris etiā vires corporis augerent,
esset cur naturæ gratias meminisse-
mus; sed cum hominis vita quotidie
denascatur, & cū añis, corporis vigor
sensim fugiat; Canisi⁹ quāuis hucusq;
firmus & florens, quintum nempe su-
pra quadragesimum agitans annum,
vnus tamen omnibus par laboribus
esse nō potuit diutius, cum domesti-
ca prouinciæ negocia propè totum
sibi hominem vendicarent, & Cathedra
Augustanæ, quæ in prouincia,
grauissima est, procuratio, eundē sibi
vicissim asslereret, & multa quotidie
inter man⁹ negocia, vt fieri amat, nas-
cerentur, prouidendus fuit idoneus
aliquis huic loco, & assiduus Eccle-
siastes

siastes q̄ cœptū Canisij laborē profe-
 queretur. Agebat tum Romæ Gre-
 gorius Roseffius gente Boius, domo
 Landishutanus, qui cælestium lite-
 rarum iam portum spectabat, vir ma-
 gnis corporis & animi viribus, confi-
 liisq̄ eu pollens, quod ea tempestate,
 eoq̄ue loci maximè desiderandum
 erat, ab eloquentiæ laude in primis
 comendatus. Hic Augustam missus
 adulto iam anno CIO. IO. LXVI. Nou.
 mense, Othone Cardinale præsentē
 & volente, Principem Augustæ Ca-
 thedram Canisij loco occupauit, quā
 ultra triginta sex annos postea non
 sine frequenti procerum applausu
 populiq̄; notabili fructu tenuit. Ca-
 nisi^o eo labore subleuatus, quidquid
 vacui temporis à publicis prouincia
 curis habuit, subseciuas horas non
 otio transmisit, sed armis literariis
 in hostes & p̄duelles religionis sum-
 ptis, cœpit tela calami in aduersari-
 os stringere, & centurias errorum
 prola-

*Gregorius
 Roseffius
 Augustam
 Cathedralam
 procurator.*

*CIO. IO.
 LXVI.*

prolatas in publicum ostendere, falsarumq; narrationum mendacia retundere. Ergo illustre opus Commentariorum. DE VERBI DEI CORRUPTELIS, quo Ioannis Baptistæ honores maximè tuetur, condit, & Ferdinando Ferdinandi Imperatoris F. Inscriptum Oeniponte Anno MDCLXXI. offert, quod magnopere ab orbe Christiano commendatum, sæpiusq; ad typographum reuocatum, ac postremo recognitum anno MDCLXXXIII. prodiit, quo & Ecclesia Romana egregiè propugnata, & antagonistæ fœdè prostrati, vanitatem suarum opinionum, si nõ perfricuisent, iure potuerunt debueruntq; agnoscere simul & erubescere.

ENERGVMENAM CV-
RAT.

CAPVT

CAPVT IV.

Magnam vim habet docentis oratio, cum verba nō discrepant à vita: maiorem cum diuinis etiam suffragiis confirmantur. Ea erat de Canisij virtute opinio, vt nemo non sanctum diuinumq; hominem existimaret, & pro sua sententia tanquā charum Deo virum veneraretur: nec falsi sunt, qui tam piè de Canisio senserunt. Idem de eo Deus ipse pronunciauit, cum multa per eum mortalibus beneficia præstitit, quæ natura ipsa negauit se præstare posse. Infra scribemus illa cælitum suffragatione perpetrata. Hic ponemus, quod ante patria lingua à Martino Eisengreinio, Præsule Oetingano & Academia Ingolstadianæ Procellario, viro summæ auctoritatis, religionis, eruditionis, qui tum *Oetingæ fuit, cum hoc quod expono, cōtingit, prolixè & copiosè denarratum est. Oetin-

* *Vtinum
olm.*